

Exercitationum Ethicarum

Nona.

Respondente

FRIDERICO à MEINAVV

Eq. Marchico.

Ἀλληλογίζε.



Thicæ considerationis esse, mentis habitus, quatenus à nobis perliberum voluntatis arbitrium operantibus acquisiti sunt, cognoscere, eleganter indicat *Zabarell. lib. 1. post Anal. cap. 26. §. 201. pag. 1029. 1.* cum eorum officium sit humanas actiones componere, hominemque ad summum bonum dirigere. 2. Cum efficiant utrumque summi boni gradum inter se comparari posse, quorum in actione, alter in contemplatione est positus *Piccol. grad. 5. civ. phil. cap. 4* 3. Cum absque istis præcipue vero prudentiâ, virtutes morales non rectè intelligantur, nisi ab ipsâ via præmonstretur, qua sit proficiendum *1. Aristot. lib. 6. cap. 12. & lib. 7. cap. 10. & lib. 10. cap. 8.* Igitur de virtute & laude cum omnis disputatio pertineat ad homines: & natura humana rationis, consilii atque mentis compos sit, de horum habituum potestate atque vi, differendi hic locus nobis maxime idoneus videtur, *Camerar. in Ethic. libr. 6. cap. 1. pag. 259.* nam cum alias virtutes esse cognitionis seu intelligentiæ, alias actionis & morum posuissemus *sup. disput. 2. §. ult. tractatu harum absoluto,* ad illarum accingemus; quemadmodum enim fundamentum sine tecto non est durabile, sic mores, nullam habent laudem, nisi regantur ab intellectualibus *Strigel. d. 1. Eth. pag. 516.* nam si diceremus satis esse homini ad perfectionem consequendam, si tantummodo in actionibus bene se gessisset, rationem facultatibus irrationalibus inferiorem esse, statu-

R 2

cre-